

In villa Czechocino in Districtu Tscholiensy  
Floreni sexaginta septem inscripti.

65

Nicolaus De Kozzelecz Wiesznicensis, Bidgo-  
stiensis, Swezensis, Tscholiensis capitaneus. Si-  
gnificamus recognoscimusque tenore presentium  
quibus expedit universis, horum notitiam habi-  
turis. Quia ingruente nostra necessitate et no-  
bili Jacobo Czestetz De Zalno tulimus et cum  
effectu levavimus sexaginta et septem florenos  
Hungaricales, vel in solidis, quos quidem se-  
xaginta et septem florenos Hungaricales seu  
in solidis novis vel antiquis predicto Jacobo  
Czestetz demonstravimus, inscripsimus, demon-  
stramus, et inscribimus una in villam nostram  
Czechocino in Districtu Tscholiensi sitam.  
Quam eidem Jacobo Czestetz De Zalno in  
maiori summa obligavimus, promittimus etiam  
predictos sexaginta septem florenos seu Hun-  
garicales sive in moneta solidorum aut pecu-  
niarum pro tempore ipso Floreno currenti e-  
contra reponere, sepius nominato Jacobo Cz-  
estetz et suis legitimis successoribus una cum  
maiori summa florenorum vel pecuniarum  
pro ut latius littera et privilegia ipsius Ja-  
cobi Czestetz super et in villam Czechocino  
cernunt et exprimunt. Harum quibus sigil-  
lum nostrum presentibus est subappensum te



testimonio literarum. Datum in Głochów feria  
secunda ante Nativitatis Christi proxima. Anno  
Domini millesimō quadringentesimō octuagesimō  
tertiō.

Pa kopia przepisana z oryginalu pargaminowego  
1784. R. 3. Czerwca, annihlowanego przy którym  
niemasz pieczęci.